Feminarum Patris Achæiæ, quàm virorum duplo ferè ma- jor est numerus, & hæc quidem, si quæ aliæ, ad venerem pronæ. Tendens è bysso Elitæ reticulis, & alta veste, earum complu- res vicum querunt. *Pausan. in Achæiis.*

Elpenice Miltiadis F. fratris Cimoni f. subiecit, prius etiam Polygnoto pictori. *Plu. in Cimone.*

FAUSTA L. Syllæ filia duos simul adulteros habebat, Pom- pejum quendam cognomento Maculam, & Fulvium fullonis filium. Lufit in dedecore domestico Faustis sic: Mitor, in- quit, forem meam, cum fullonem habeat, maculam ha- bere. *Macrobius.*

VAL. MESSALINA, Claudii Cæsaris uxor, Barbati Messalæ consobrini ejus F. saltatorem quendam Mnesterem nomine, cujus amore capta erat, cum nec pollicitationibus, nec nimis ad concubitum percellere potuisset, curavit, ut is à Claudio ipsi parere in omnibus jubereetur, quasi ad alias res ejus opera ultra esset. Sic ille cum ea rem habuit, quasi id quoque ab Imperatore justus esset. Idem cum aliis quoque multis ausa, adulteris sui copiam fecit, quasi concilio marito, & ad lasciviam ejus connivente. Appium Sylvanum, hominem nobi-

lissimum, ad se clam vocans, cum concubitu ab eo postu- larer, & is parere noller, hominem tanquam vitæ infidiato- rem apud Claudium accusans, in causa fuit, ut innocenter ho- mo castissimus interficeretur. Vicium, ob stuprum reculum veneno sustulit. Porro adulteris non contenta, maritos quoque multos habere concupivit, ac omnibus suis amatoribus nupsit, tabulis conscriptis, nisi in primis nuptis deprehensa peris- set. Nam dum Cæsari omnes cum ea consentiebant, nihil non de communi sententia gereretur. Postquam verò Poly- bium, quamvis ejus etiam consuetudine uteretur, per calum- niam interfecerat, nemine ei jam fidem habente, & ab eorum benevolentia deserta, perit. Nam cum C. Silium, Sili à Ti- bertio interfecti F. maritum sibi adscripsisset, deturbata è mat- rimonio ejus Julia Syllana nobili femina, profecto Hostiam principe sacrificii gratia, cuncta nuptiarum solemnia celebra- vit, & ædes illi regias donavit, in quas pretiosissima quoque Claudii ornamenta congefserat; tandem etiam consulem il- lud designavit. Id cum Narcissus Claudio renunciasset, in hortis Lucullianis lecta à Tribuno transfixa est, quod timeret, ne simul cum uxore, quam alias ardentissimo amore comple- ctebatur, Imperium quoque amitteret. Occisa est autem af- fidentis matre Lepida, quæ florenti filie haud conors, supre- mis ejus necessitatibus ad miserationem evicta erat. Idque epu- lanti Claudio nunciatum est. Sed ille & tum, & sequentibus pluribus diebus, neque odii neque gaudii, nec iræ nec tristiti- æ, nec ullius humani affectus signa dedit, five aculeatoris aspiceret lætantes, five filios mœrentes. *Sveton. Dion. Zona- ras, Cuspin.*

PETRONIUS Arbitrifer efferat Mulleris cuiusdam libidinem, & passivam profuturam apud nundinationem exequens, ejus ipsius ita verba contexit: Junonem meam iratam habeam, si me unquam meminierim virginem fuisse; nam infans cum paribus iniquitatis sum, & subinde prodeuntibus annis, majoribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perveni. *Calvus lib. 1. q. 8. A. L.*

Ausonius in Crispam, mulierem impudicam: *Præter legitimi genitalia Jovæ cæcus Repperit obscenas teneres vitia libido, Herculis heredi quam Lemnia nupsit ægestas, Quam toga sacundi senis agitavit Afrani, Et quam Nolanis capitalis luxus inussit. Crispa tamen cunctas exercet corpore in uno, Degubuit, fellat, molitur per utramque cavernam, Ne quid inexpectatum frustra moritura relinquat.*

In Antonino Philophoro scribit Julius Capitolinus, Fausti- nam Imperatoris uxorem apud Caietam conditiones sibi, & nauticas, & gladiatoris delegisse, id est, bene natos, ac mitionarios seu dracons conquisivisse, qui lasturum agerent valide. *Cal. lib. 17. c. 29. A. L.*

HONORIA Valentiniarii III. foror, cum ad aule decus vir- ginatatem tueti cogereetur, ac libidine inflammata, Attilam Hunnorum regem in Italiam ad sui concubium invitasset, camque Attila per legatos petivisset, voti frustrata (quoniam Attila in nuptiis cum Hildico contractis ex crapula, atque venere interea pericrat.) libidinem cum Eugenio procurato- re suo explevit, gravidaque facta, à Valentiniario Constanti- nopolim ad Theodosium amandata est. *Sigonius lib. 12. Im- per. occid.*

THEOPHANIA UXOR Romani junioris Imper. cum Nicepho- ro Phoca Scholarum domestico stupri habebat consuetudi- nem, & mortuo marito eidem nupsit. Cæterum liberis suis ex Romano susceptis, Basilio & Constantino meuens, quos intelligebat clam Phocam velle emasculare, ac Leonem fra- trem suum successorem institueret (jam enim ejus consuetu- dine abstinere Phocas, vel lariatius amore, vel propo- sito continentie, cum ne juvenis quidem satis promptus in amores fuisset) in colloquium venit cum Joanne Zimisce Dromilopheta, quocum fertur adulterii consuetudinem ha- buisse, ob decentem formam illius amore captus, eique ut contra Phocam conspirationem faceret, auctor extitit. *Cuspin.*

Zoe Constantini VII. Imp. filia, jam quinquagenaria, Ro- mano Argyropulo nupsit, quem Theodora foror junioris re- puebat. A quo cum propter ferilitatem negligereetur, im- potente præteritum propter ætatem, Michaelen juvenem eleganti- ssimum adamavit, & inter regis carcerarios ut cooperaretur effect, sepe regi pedes fricare iussit. Sum quæ credant, regem haud ignarum fuisse hujus amoris, utpote qui sciret reginæ forem in rem venire, & quo pacto fureret, ac infanter er- ga Michaelen; ob id ejus vicem facilius tolerasse, ignorantia su- mu-

A simulata, quò ipse ab hoc onere senex jam liber esset, neve uxor deinceps tam parerè mœcharetur. Cæterum suffocato in pisci- na Romano, Michaeli stolam iniecit regiam, diademate caput cinxit, & in sede regia collocavit, affidens. Omnes qui aderant justissimi adorare, & regem salutare. Quinimò patriarcham Alexium accessit in Palatium, & mortuum Romanum nunci- at, & ut hic inauguraret, hortatur, noctuque nuptiale sacrificium perfectum est. Postquam autem Michael sacro obno- xius Morabo, cenobium ingressus, nepotem ex forore Michael- em Calaphatem Imper. fecit, & is ingratus erga Zoen. eam mo- nasterio inclussit: Zoe à populo liberata, & excreato Michael, Imperium cum sorore Theodora recepit. Interim sollicita, ne Constantinum Dalassenum, quòd ei forma etiam digna imperio, qualis ad amores illicere posset animum esset adulteris non deditum, licet obscuro ortum natalibus, ac moribus difficil- li, matrimonio sibi junxisset, nisi morte præventus fuisset subita, quam uxor ejus per zelotypiam machinata est, mor- tierem illi poculum temperans, ne maritum videret reginæ condonemtem. Ardor Imperatricis in hoc extinctus, in B Constantino Monomacho revixit, regis flammatis viro & il- lustri, à Romano Argyro Imper. per neprem in affinitatem ac- cito, & à Michaelè Paphlagonæ zelotypo, quòd familiaris cum uxore Zoe habitaret, in exilium pulso. Itaque ab exilio Constantinopolim revocatum, & in itinere veste regia indu- tum, & regio satellitio deductum, sibi conjunxit. Patriarcha Alexius, propter trigamiam reginæ, abstulit manu sua sa- crificium nuptiale conficere. Ad coronationem tamen impel- litur, & coronatur Monomachus, ceprumque Romani ac- cipit imperii, cum feminatum imperium vix tribus mensibus exactis perdurasset. *Idem.*

ADALBERTI Eporegæ marchionis vidua Hermingarda, Adalberti Eporegæ in Tuscia marchionis, & Berthæ filia, oc- ciso à Veronensibus Berengario rege, totius Italie principatu- rum invadit. Ob pulchritudinem enim, corporis sui copiam passim omnibus fecit, stuproque patebat cunctis; hinc ejus dicto audientes omnes erant. Rodolphus rex Burgundino- rum, mox Berengarii audita, Italiam regnum accipere cogi- tabat. Italie primores, alii reginæ, alii Rodolpho favebant, illi scilicet, qui reginæ concubitu potiri non poterant. Rodul- phus Papiam obsedit, & parte castrametanus, qua Ticinus & Padus flunt. Regina per alveum fluminis nuncio missò, blanditiis & literis Rodolphum in sui amore pellexit. Ita- que noctè castris suis desertis, solo nuncio comite, ad reginam venit Papiam. Cui illa copiam corporis sui fecit, & in amore suo regem infantere fecit. Mane factò, cum Principes tentorium accederent, & præter morem diutius regem dormire admira- rentur, ingressi, lectum vacuum cernentes, aut rapium aut oc- cium esse suspicabantur, quoad superveniente quodam, Rodulphus cum reginæ militibus in eos impetum facturus nunciabatur. Illi confestinati, tam celeri fuga discesserunt, ut volare viderentur, adeoque Mediolani, Archiepiscopo in primis Lamberto Mediolanensi suadente, Hugonem Arelatensem Comitem, regem fecere. Cujus auspiciis Rodolphus Eporegia pulsus, in patriam rediit, & Gallie regnum obtinuit. *Cuspin. ex Luitprand. lib. 2. cap. 1.*

MARZIA Guidonis Thufcia Comitiss uxore, suscepit ex Alberico Marchione Hetruria, Albericum. Guidone mortuo, Hugonem Arelatensem ejus fratrem, Italiam regem, patria Burgundum, per nuncios invitavit, ut Romanam occuparet, & se in uxorem acciperet. Is à Romanis susceptus in Hadriani mole, cum Alberico privigno, quòd inepè aquam manibus affudit, alapam in faciem impigisset, Romanorum armis pulsus est, & Albericus cum Marzia matre, Romanæ urbis monarchiam solus tenuit, anno Domini 924. *Luitpr. lib. 3. c. 12. & Avent. lib. 4. Annal.*

OTHO III. Imp. conjugem habuit Mariam de Aragonia, ste- rilem quidem, sed virorum appetentissimam. Cum juvene ha- bitu muliebri quotidie congredebatur. Is deprehensus, vivus combustus est. Accensa hinc amore Comitiss circa Mutinam, sollicitavit eum de adulterio, strenuè recusantem accusavit coram Imperatore de vi intentata. Imperator præcipiti con- silio justit eum decollari. Comitissa observato commodo judi- cii tempore, ubi Cæsar coram erat, scilicet, Quasi pœna is judex dignus foret, qui iudicata causa innocenter capitali sup- plicio afficeret? Cæsar simpliciter sententiam profert, cum cap- tus penam subiturum. Tunc Comitissa: Tu es, inquit, Cæsar ille judex, qui meum maritum, iudicata causa, & infontem jus- tissimi interficisti; idemque mandatis ferri gestatione monstravit. Cæsar re diligenter inquisita, uxorem flammis comburi pu-

blicè justit, viduum verò multis muneribus profecutus est. *E. Jac. Strada, Honorius, & Cuspin.*

ADELHEIMS forma venusta, sed libidinum flammis furens, posthabito marito sui Frederici Saxonie principis thoro, cum Ludovico Thuringie marchione clam convievit, & ut hone- state conjugii facinus regeret, cum adultero de tollendo conjugio consilium inivit. Itaque die quodam mœchus equi- tum turma stipatus, ad colloquium evocat Adelheidem. Quo finito, arci viciniam sylvam ingreditur, atque in ea venari in- iipit. Adultera ex composito virum in balneis tunc existen- tem accedit, magnamque animi indignationem simulans, ipsum timiditatis arguit, quòd Ludovicum ad arcem suam venari patiatur. Fredericus paucis comitantibus Ludovicum insequitur. Ibi cum ex verbis ad verbera perventum esset, Fredericus occubuit, anno 1065. Itaque Ludovicus, & Adel- heidis matrimonium nefarium contraxere. *Chronica. Mer- burgense lib. 1. cap. 13.*

URRACA, Alfonso VI. Asturum regis F. Alfonso VII. Arago- nio nupta, mulier crudelis & ambitiosa, à marito repudiata, ex Gomeio comite de Campospina Fernandum Furatum vulgò dictum clandestino concubitu suscepit. Alfonso emulum F. alter successit. Quem Alfonso Urracæ ex Raymundo comite Tolosæ F. expulit, matrem cepit, & regnum ab Alfonso vitrico precario obtinuit. *Rod. Tolet. 1. 7. ver. Hisp. c. 2. & 3.*

BARBARA, Hermannii Comitiss filia, uxor Sigimundi Imp. ex qua unicum filiam Elizabetham genuit, uxorem Alber- ti II. regis Romanorum, sæpius viros petiit, quàm pereterat. Sæpiissime in adulterio à Sigimundo deprehensa, sed adulter adulterè ignovit, quia & ipse crebriò alienos violavit thoros. Vitam omnem quietam inaneam, quæ non coitu, luxu ac libi- dine contereretur, cum non alia causa vitam expetendam asse- reret. Virgines, sanctas fabulas esse dicebat, animam cum corpore interituram judicans, atque ob id stultè hominis esse, frustra se macerare & jejuniis, & orationibus. Mortuo Sigimundo, cum frustra Uladislao Polonia regi (quem etiam nunc vivente marito ambiverat, & eo nomine in vincula fuerat coniecta) nubere voluisset, vixit postea in Gracico reginæ dotali oppido Boemie, magna ex parte voluptuosissimum ducens vitam. Quotiescunque enim virum aliquem, aut robu- stum, aut libidini aptum videret, eum accersiri curabat, eoque tamdiu utebatur, quoad vix cruribus incedere posset. Plus quidam facerdos eam admonerat, ut amore future patriæ celestis pudicam ageret vitam, tunc maxime cum vinda esset, exemplo turturis. Respondit illa: Si exemplum ex avibus vi- mendum est, cur non mihi passerem proponis, quorum vitam libentius sequeretur, quàm turturum, cum illi temper levi atque hilares cantillent, hæc tristes ac melancholicæ semper at- que tristem? Cum ergo in luxu veluti fues in volatubo dies periret omnes tranqulisset, atque inter greges exoletorum adulterorum, concubitorumque consensisset, necdum voluptatibus se ex- pleisset, peste infecta, in Gracico obiit, & à Boemis Pragæ regio funere elata est. *Cuspin. Dubr. lib. 38.*

JOANNA major, Ladislai Neapolitani regis foror, opulenti hæres regni à fratre relicta, magis sui sexus quàm regie majestatis memor, Pandulpho cuidam adhuc penè adolefcenti, cum quo stuprum facere consueverat, sese summam dedecorum omnium permisit, esseque ingens invidia reginæ ex ea re orta, sed major omnino infamia. Ad quam declinandam, Jacobo Marchia Comit. ex regia Francorum stirpe, ea condi- tione nupsit, ut ille regia appellatione contentus, privatum alioqui ageret, & regni administratio mulieris, ut antea, esset. Gallus primum omnium Pandulphum interfecit: Magnum Sforciam, quia non regem se, sed comitem appellasset, in custodiam coniecit. Joanna regimine privata, multa hilarita- te virum excipere, cum eo suaviter jocari, dicere ac facere omnia, quibus animus male affectus regegeret, quin & de conjugatione in regem appellata, rem totam ad virum delulit. Flagrabant interea Galli inexplabili apud omnes odio. Ergo sub- bito motu populi regina in pristinum statum restituta, reno- vato cum Jacobo federe, ut in muliebri manu esset summa rerum omnium, arcem recepit, Sforciam custodia eduxit. Is Jacobi regis odio, labanteque reginæ animo, haud dubie regum odis impar, arte reginam adortus, auctorem se præbuit Caraccioli, quem regina perdidit amabat, ab exilio revocandi, qui sub Sforciæ reditum fuerat publica administratione sub- motus, atque urbe eiectus. Per eum igitur Joanna est Sforciæ placabilior facta. Jacobus ubi se proditum ab uxore animad- vertit, veritus Sforciæ opes, fuga dilapsus, Tarentum concessit, ubi obsidione à Joanna fatigatus, urbem Joanni Urfino ven- didit.



A didit, & in Galliam abili. Martinus V. Pontifex mulieris inconstantiam perfidiamque detestatus, eam titulo privat regni. Ludovicum Andegavensem ex regia Francorum stirpe, Sforziam adnente, accessum, Sicilia regem declarat: Sforziam iuvat stipendio. Is exercitum studio reparat, bellum regine indicit. Quibus illa terroribus percussa, Alphonsum Aragonum regem filium sibi optat, cuius etiam imperio Sicilia Italiae agnata, parebat. Est & Brachianus ut stipendium conductus. Vario deinde morte Brachiani Sforzianique aliquando bellum traxere, quoad stipendii inopia cepit Sforzia inferior haberi. Ludovicus Andegavensis veniens Romam, Siciliae rex citra ultraque farum declaratur. Alphonfus reginae inconstantiam veritus, ut totus rei ad se summam traheret, primo Neapolitanas arcas, quae ad mare spectant, firmat praefidio: Caracciolum, qui reginae charissimus stupri consuetudine suo arbitrio omnia administrabat, in potestatem redactum in vincula conicit, reginam in Capuanam urbis arcem compulsum obsidione cingit. Regina Alphonso repudiato, Ludovicum Andegavensem, Sforziam hortata, sibi filium optat. Philippus tandem Vicecomes in Reginae, & Pontificis gratiam Alphonsum B regno eiecit. Joanna humanis defuncta, confestum Neapolitanum Renato Ludovici, quem Joanna adoptaverat, fratri (ille enim eodem anno, quo & regina, fatali consumptus morte est) & regis appellationem, & summam rerum omnium deserunt, ceu moriens regina id testamento mandasset. Traxit machinatio haec testamentaria illico regnum in duas partes. Acceritur Alphonfus rex ex Sicilia a primoribus regni. Erant qui regem eum se probatos dicerent, quem Romanus pontifex legeret. Assuit confestum Alphonfus, & tandem victor regnum occupavit. *Sabell. 2. Ann. 10. & Iov. 1. 1. histor.*

Luciano Vicecomiti nupterat Isabella cognomento Fusca, & Filicorum gente apud Ligures aprinè nobili, unde illa factum atque inde luxuriam parum vercundo gestu oreque praeferebat. Hec nobiles Inhibrum marionas forma, lepore, munditiis, atque una praefertim utri fecunditate, qua Luchinus felix videtur potuit, anteibat. Primo enim partu Luchinum Novellum, secundo Ursinum, tertio gemellos mares eximie indolis Borium, & Forestinum, rara quidem felicitate pepererat, nisi tantam prolem ex incestu concubitu concepisset. Galeacium enim, ex Stephano fratre Luchini patrelem, formae dignitate cunctos mortales superantem, lascivè adamatam ab ea constat, ut aliquot post annos defuncto jam viro in extremo vite actu confessa esset, ut animum eo piculo liberaret, vel cum certo insaulte prolis exilio, tantique subinde imperii haereditas ad legitimis successoribus verteretur. Viro ex podagra decumbente, quum spectare Venetias, festo die Ascensionis Christi, navalibus ludis, & privatarum publicarumque opum ostentationes mirabiles concepisset, importunè uxori Luchino cuncta concedente, haud difficulter impetravit, ut ornatissima classe per Padum devehere, delectis in comitatu foeminarum nobilissimis, quibus ambiguus inesset pudor, nec viri earum tuende pudicitiae cura tangerentur. Luxuriosè navigationis is sui finis, ut cum insigni probro postratae pudicitiae apud Ugolinum Gonzagam, & Dandulum Venetum duces redierit, pari infamia de flagrantibus nonnullis illustribus foeminis ex comitatu. Mox cum Luchinus hoc flagitium non impune latus videretur, Fusca lento atque tabifico veneno mariti conatus praecupavit, nullo tamen scelere extante vestigio. *Iovius in Luchini vita.*

D LIBIDINIS EVENTUS. CUIUS.

*Ex seqq. Tit. Pederastiae, Stupri, Incestus, Adulterii, huc exempla corum, quibus propter libidinem res vel male, vel bene ceciderit, transferantur.*

QUALIS.

NEAPE VEL BONUS, INDIGNUS.

*Plato 1.2. de Rep. scribit, Gygem, pastorem regium, stuprasse Candaulis Lydorum regis uxorem, & regnum obtinuisse. Confirmat idipsum Herod. 1.1.*

SYRA Semiramis, venæ regii ancilla, corpore quaesitum fecerat. Quæ, cum in ipsam incidisset, ipsamque dilexisset Ninus, ita hominem in potestatem suam redegit contemptisque, ut licere peteret sibi, & permitti unum diem solio regio sedere, diademate circumdare, & responsa gentibus dantem. Quod ille cum concessisset, edixissetque, ut omnes ei perinde ac si-

bi parerent, & disito essent audientes, gessit se in primis praecipit, ut periculum faceret stipatorum, moderatè. Quos ut nihil obstrerent, sed impigritè mandata exequentes vidit, Ninum corpi, mox vinciri iussit. denique etiam obruncavit. Quibus transactis, regnavit per Asiam clarè longo tempore. *Plut. in Serm. amat.*

Rhodops meretricum omnium in Aegypto fuit pulcherrima. Cui aliquando Fortuna contulit munus, non isto animo, sed fortuna venustate dignum. Cum enim lavaret, atque vestimenta famulae custodirent, aquila devolans alterum calcem abstulit, eumque secum deportavit Memphim. In ea civitate cum fortè Pflammetichus rex iudicium exerceret, aquila in ejus sinum calcem injectit. Pflammetichus miratus pulchritudinem calcis, & concinnitatem, & avis factum, mandavit, ut per universam Aegyptum quaereretur foemina, cujus is calcus esset, eamque inventam in matrimonium duxit. *Aelianus lib. 13. Var. L.*

ASPASIA Milesia meretrix, Pericli gratissima, tanti fuit nominis, ut Cyrus Persarum rex charissimam ex pellicibus Phoenicem, patre Hermotimo, Mito dictam, Aspasiam appellari voluerit. Lylicus ovium mercator fordidos, eò quòd post Pericli mortem cum Aspasia rem habuisset, principem locum inter Athenienses fuit consecutus. *Plut. in Pericle.*

Ferunt, regnante Anco Martio IV. rege Romæ adunum Herculis per ferias otiantem, & Deum teliferis provocasse, ipso utriusque manum tenente, adiecit conditione, ut istius cœna scortoque inultaretur. Victore itaque Hercule, illum Accam Latentiam, nobilissimum per id tempus scortum, intra ædem inclussit cum cœna, eamque postero die distulisse tumorem, quòd post concubium Dei accepisset munus, nec commodum prima occasione, cum le dogma reciperet, afferendæ aperiretur. Evenisse itaque, ut egressa mox templo, à Catutio capto ejus pulchritudine compelleretur. Cujus voluntatem secuta, sumptaque nuptis, post obitum viri, omnium bonorum ejus facta compos, cum decederet, populum Romanum nuncupavit haeredem. Et idè ab Anco in Velabro loco celeberrimo urbis sculpta est, ac solenne sacrificium eidem constitutum, quo diis manibus ejus per flammam sacrificaretur, Jovi, quæ feræ consecrata, qua existimaverunt antiqui, animas à Jove dari, & rursus post mortem eidem reddi. Cato ait, Latentiam meretricio quaestu locupletatam, post excessum suum G populo Romano agros Turacem, Semurium, Lincerium, & Solinium reliquisset, & idè sepulcri magnificentia, & annuæ parentationis honore dignatam. Macer historiarum libro primo, Faustuli conjugem Accam Latentiam, Romuli & Remi nutricem esse confirmat. Hanc regnante Romulo, Caritio cuidam Tulso diviti denupant, autamque haereditate viri, quam post Romulo, quem educaisset, reliquit, & ab eo Patentalia, diemque festum, pietatis causa, statutum. *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 10.*

MANUEL imperium Constantinopoles stupro Irenes Augustae acquisivit. *Idè Vide Tit. Libidines comparare cadibus.*

MALUS, DIGNUS, EX LIBIDINE.

Consiliorum frustratio.

Quaecunque de rebus Trojanis Jupiter pernoctans cogitaverat, hæc per diem Junonis uxoris concubitu illeceus evertit. *Atben. lib. 13. cap. 11.*

Religionis everso.

Marcion propter stuprum virginis illatum ex patria pulsus, hæreticos auctor fuit. *Idè Vide Tit. Hereticorum.*

CADUALDUS rex Cantuariorum, Edelberti F. qui primus Ecclesiae in Anglia hospitium dederat, novercam suam uxorem duxit. Eoque scelere occasionem dedit suis subditis ad gentiliū superstitiones revocandas. *Beda Eccle. hist. lib. 2. cap. 5. & 6.*

Proditio.

Q. FAB. Maximus sexto die quam obsidere Tarentum coeperat, noctu occupavit, hoc modo. Habebant Tarentini Brutiorum praefidium in urbe, cujus Praefectus perditè amabat indigenam puellam, eratque puellae frater in Fabianis castris. Qui à foreore per literas factus certior de suo cum nobilissimo Brutiorum congressu, permisso consulti ille pro fuga in urbem transiit, ibique per foreorem praefecto insinuat, quum tempore-

A pestivo alloquio, tum fororis illecebris eò hominem perpulit, ut de urbe consuli tradenda nunciium in castra miserit. Fabius silentio noctis cum parte copiarum haud procul ab ea multorum parte, quam Brutii praefidio obtinebant, quietus consistit: inde ab arce & à portu ex composito nocturnus est clamor sublatus, velut ea parte Romanus esset impetu facturus. Multitudine in eum tumulum avertit, Romanus miles scalis diversæ regione admotis. Brutiorum auxilio in urbem transierit. Hannibal audita Tarenti expugnatione, periculum animo dixisse fertur: Habent & Romani suum Hannibalem. Amifimus Tarentum ea arte, qua cepimus. *Sabell. 1.4. Ann. 5. & Plut. in Fabio, & Liv. 1. 7. Decadis 3.*

Defectio.

MANFREDUS Siciliae rex, Joannis Ratz Casertini comitis uxorem stupraverat. Cujus scelere penas luit, dum Joannes (quem scelus hoc ignorate arbitrabatur, cuique copias suas, adversus Carolum Andegavensem, commiserat) non solus ad hostes transiit, verum viam quoque intra regni fines eidem aperuit. *Fulg. 1.6. c. 1. & Egnat. 1.6. c. 1. At Col. B lenitius hoc Conrado regi tribuit, qui Casertanum comitem honoris specie ablegavit.*

ODOACER rex Boemae, legitima conjugè repudiata, allam duxerat ex Ungaria. Quæ de re in itam verius Ocho Mifnenis matris frater repudiata, & dux Saxoniae Bernardus, Philippo regi Germanorum conjunctissimi, effecerunt, ut Odoacro adultero regnum ademptum traderetur Theobaldo puero Theobaldi filio, qui literis Magdeburgi studebat. Tuli eam rem indignissimè rex, & Hermanno Thuringiae Langravio foederatus, in Philippum pariter versi, ad Othoenem IV. armulum transferunt. *Cranz. lib. 7. Saxom. c. 16.*

Ignavia, Desidia, Mollietas.

HANNIBALIS invidius Exercitus Campanis hybernis ita enervatus est, ut vere inenite denud eductus, diversus plane ab eo, qui Capuam ingressus erat, esse videretur.

ANTIOCHUS bello contra Rom. suscepto, ab Larissa Demetriadem reversus, in Chalcidensis regnum Cleoptolemi vel Neoptolemi filiae amorem iniecit. Qua sibi matrimonio devincta, nuptias tantum meidæ pace celebravit. Tum vero Græcorum libertatis bellique cum Romanis suscepti immemor factus, reliquum hyemis in convivis & voluptatibus temulentiae pedisequis transiegit. Corrupterunt voluptuosa hyberna non magis regem, quam regis praefectos, atque universum exercitum: qua legitime postea animadvertit, sensit Antiochus, quantum militaris detrimenti impetpessive illa nuptia sibi ad res gerendas attulissent. *Ex Plut. Flom. & Liv. Sab. 1. 7. Ann. 5.*

Mors.

ALFONSUS V. Legionis rex. Theresiam forem suam cui-dam Abdalæ Sarraceno regi Toleti uxorem dedit, ut ei auxilium praestaret contra Regem Cordubæ. Ipsa autem re-nuens suavit Abdalæ, ne se tangeret, à Christo filio Dei alio-qui percutiendus. At rex impius tala deridens, eam am-plecti tentavit: sed illico ab angelo percussus est quasi ad mortem. Quare vocatis familiaribus, sanctam virginem auro & argento ac pretiosis vestibus onustam ad Legionem remisit, qui in monasterio sancti Pelagii vitam celibem fecit. *Rod. Samsius p. 3. hist. Hisp. c. 23. & Tolet. lib. 5. rerum Hisp. c. 18.*

Verbera.

NERO, cum Julii Montani uxori, matrone optime, stuprum vi inferre conatur. Montanus factio in Nerone impetu, ei multas plagas infixit, ita ut per multos dies in conspectum hominum non videretur. Neque tamen res ea Montano ullum damnum attulit. *Xiphil. in Nerone.*

Mors, Cades.

Orpheus Oneagri F. ut Phanoceus scribit apud Stobæum semel. 62.

*Εκ θυμῶ Κἀναῖν σέψῃ Βοπιῶδλω. Πονῶναι ὁ ἐκπῆσθον ἢ ἀποῖν ἔστ' εἰδῶν ὅτι πῶδον, ἢ τὸ εἰ θυμῶν ἢ ἠοροῖν. Ἀλλ' αἰεὶ μὴ ἀπῆρτος ἴσοι ἴσῳι μακρόδωνε Ἐρῆυτον, θάλασσαν δὲ πῶδον Κἀναῖν. Τὸ πῶδον Βιστονίδε κακομῆγαρον ἀμφοῖνδῶναι Ἐκταρον, ἄμικκον παρῶνα θῆλαθῶναι, Οὐνεκα ἠπῆρον ἰδέσθαι αἰὲ ὀφθαλμοῖν ἔρπας Ἀπῆνας, ἢ πῶδον λῆσσε θῆλαθῶναι.*

Ex animo Calain Boreæ gnatum amavit, & sepius in sylvis sedit cantans opacis suum amorem: nec animus ei tranquill-

lus erat, perpetuèque ipsum vigiles in pectore curæ angebant, tenerum videntem Calain: Cæterum Bifonides mala ei molientes circumfusa interfecerunt, cum enses oblongos acuisent, quoniam primus ostentaret inter Thraces amorem masculum, neque venerem approbaverat muliebre.

TIRYUS, Jovis & Elaræ Orchomeni filius, Latone de stupro interpellans, interemptus fagitis ab Apolline fuit, ut testatur Apollonius Rhodius l. 1. Euphorion, non Latonæ, sed Dianæ vim inferre conatum ait. Hinc defectum ad inferos memorant, atque ita ibi ligatum, ut se movere nullo pacto posset, quamvis jugera novem terræ ejus corpus cooperirent. *Tibullus:*

*Porretusque novem Tiryus per jugera terra,*

*Assiduas atro viscere passit axes.*

A duobus vultibus ejus secutur diripi fingunt, quod semper renascatur. Homerus Odyss. a. Virg. l. 6. unum tantum vulturem Tiryi attribuit, non ut Homerus alterum utriusque. Strabo l. 9. fabulam Tiryi ad historiam transtulit. Quo tempore Apollo dicitur esse cælo in terras adventasse, ac homines manifestasse, qui prius arborum sylvestrium fructibus tantum vescerentur, Tiryum tyrannum Panopææ crudelissimum fagitis confecit, sicuti etiam interemit Pythomem. Atque ut ejus exemplo ceteri ab omni turpitudine deterrerentur, dicitur esse ea pena apud inferos torqueri. *Naralis Comes Mythol. 1.6. c. 9.*

Phaon portitor incognitam Venerem, quòd veller, duxit. Pro hoc officio ab ea unguentum accepit, quò delibutus, pulcherimus & gratus omnibus Mytilenæ apparuit. Tandem mœchus cum Sappho deprehensus, ac interfectus est. *Aelian. de Par. hist.*

Petse temulenti, cum impudicè attrectarent Macedonum concubinas, in convivio interfecti sunt ab Alexandro rege. *Idè Vide Tit. perfasia erga legatos.*

LIVIA Germanici foror, tradita semel Sejano pudicitia, homini plus ætate media, ignobili, impuro, abnuere illi non sustinuit Drusi mariti sui, filii Tiberii Cæsaris, hæredis tanti imperii, juvenis fomiosissimi, generosissimi, amiosissimi, ad hæc liberorum, quos ex eo susceperat, necem. Spreta regni certissima spe, ex cussa pietate filiorum, non reverita Antoniam matrem, & Augustam aviam, gravissimas seculi sui matronas: immemor nobilissimi sanguinis, tum patris, fratrisque quæ humanum genus de probitate pro diis venerabatur, paratis sub sagacissimo & lassissimo socero tormentis, sub quibus & Livia ipsi, & Sejano, & eorum amicis omnibus anima erat (ut evenit) per mille atrocissimas neces exigenda. Nimirum nihil sibi reservat mulier, quæ pudicitiam abiecit. *Voces de Christi. fact. 1.2.*

Phæbe, Julæ Augustæ liberta, & libidinis causa, cum non ignoraret, libidinem suam Augusto Cæsari (qui idèo filiam telegaverat) cognitam esse, mortem libisipi concivit. *Dion. in Augusto.*

Valentinianus III. Imp. spreta conjugè formosissima, in stupris & adulteris volutabatur. Maximus patricius Rom. ejus uxorem attentarat, eo necato, & Eudoxia conjugè stuprata, imperium invasit. *Zonaras.*

CAROLUS Boemiarum rex (post Carolus IV. Imp.) visus est sibi per quietem videre, viri divina specie præditi iusta, præstanti juvenem forma, editorem in locum raptum, detactaque veste exsecutum: sibi que interroganti, Cur & quinnam tam egregia indole adolescens, tam sedè atrociterque haberetur, responsum, Delphinum Allobrogum principem, aliena cubilla attrectare solitum, meritas penas Nummi dare. Et sanè eventus docuit, Allobrogem in oppugnatione oppidi vulnere accepto sub idem tempus decessisse. *Æmil. 1.8. ex Ænea Sylvio.*

ZAVISSUS Rosentis Boemus, religioni Cruciferorum Stratonicensium in Boemia præfectus, abjecto sacro cingulo, cum Cunigunda Orthocari Boemorum regis vidua stupri commercium habuerat, subinde etiam matrimonio junctus fuerat. Venceslai IV. regis indulgentia, qui matri nihil negare poterat, ad summum in aula locum eventus, crudelitate & avaritia omnibus infensus: mortua tandem Cunigunda, forem regis Hungarorum Ladislai à nobis volentem rapuerat, regisque nuptiis inlustras, ad regnum Boemiarum aspirabat. Cæterum detecta conjugatione captus, restituit arcem Regine dotales, quas ferè omnes possidebat, obstructis jurejurando præfectis, ne cui de locis sibi creditis nisi domino suo præsentem concederent. Itaque necesse erat, ut per singulas arcis circum-